

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Anthropologia Anatomico-Physica

Baumer, Johann Wilhelm

Francofurti, 1784

VD18 11680695

Cap. IIII. De arteriis generatim, nec non de aorta atque arteria pulmonali.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16622

50 CAP. IIII. DE ARTER. GENERAT. NEC NON

orificium sphinctere clauditur. Excretio-
nem hanc iusto diutius cohibere sanitati ini-
micum est.

CAP. IIII.

*De arteriis generatim, nec non de aorta
atque arteria pulmonali.*

§. I.

arteria.

Arteriae sunt canales membranacei co-
nici, elastici, pulsantes, sanguinem a
basi sua ad apicem, vel, si arterias coro-
narias exceperis, a corde immediate, vel
mediate, ad omnes corporis partes vehen-
tes. Tunicarum, ex quibus constructae sunt,
extima membranacea, communis, cui cel-
lulosa vasculis nervulisque exornata, subia-
cet, altera tendinea, tertia musculosa, ex
fibris circularibus longitudinalibusque facta,
atque intima nervea, laevis, a sanguine per-
polita, est. Tunica musculosa etiam caro-
tidibus internis atque vertebralibus cranium
intrantibus, sed extenuata, manet. L'Hi-
stoire de l'Acad. Royale des Sciences 1756.
Memoires 166. sur la structure des arteres.
*Dn. Mayers Beschr. der Blutgefässe des
menschlichen Körpers. Berlin 1777.*

§. II.

*Parum
situs &
exitus.*

Vasa hæc, ob vulnerationis periculum,
fere ubique profunde iacent, atque a na-
tura in tuto collocatae sunt. Per multas ana-



stomoses, sanguinis circuitum facilitantes, inter se neectunt. Arteriola minima vel continuato canale in venulam abit, vel ramulus ex arteria in angulum emissus arterioso aut venoso trunculo ramulove inseritur, vel, in vasculum serosum mutata, quod in corpore ubique frequentissimum est, canaliculo exhalante terminatur. Ceteroquin varjetas in arteriis non adeo magna, quam in venis est.

Schol. Arteriolarum minimarum angustia magni in pathologia momenti est; quia ob hanc caussam tot frequentes stagnationes, stases & obstructiones, fœcundæ morborum matrices fiunt.

§. III.

Nonnisi duæ arteriæ principales in corpore humano, nimirum aorta, *aortæ*, atque arteria pulmonalis, reperiuntur. Illa, ex sinistro, vel posteriori aut superiori cordis ventriculo prodiens, in ascendentem seu arcum, irregulari, primum scilicet curva, dein magis recta figura, gaudentem, & usque ad subclaviam sinistram protensum, & descendenter dividitur. Circa exortum suum tribus valvulis, & supra has tribus sinibus gaudet. Toti corpori ramis arteriosis, & quidem ascendens capiti, extremitatibus superioribus atque ex parte thoraci, descendens partim thoraci, in primis vero abdomini atque extremitatibus inferioribus prospicit, eorumque paria, si a nonnullis v. c. cœliaca, utraque mesaraica, bronchiali,



œsophagea, atque interdum sacra recesseris, protrudit. Vid. *Andr. Vesalius* operum anat. p. 338. *W. Comperi* anat. C. H. tab. XXII. fig. 1. *A. de Haller* icon. anat. fasc. 8. fig. 1.

§. III.

Arteria pulmonalis.

Arteria pulmonalis, ex dextro vel anteriori ac inferiori cordis ventriculo oriens, in duos ramos, prope aortæ arcum, nimirum in dextrum, longiorem & paullo angustiorem, atque in sinistrum, breviorem ac pleniores, dividitur, utriusque pulmonum lobo sanguinem advehit, ibique, in innumerabiles ramulos divisa, bronchiorum ramusculos comitatur. Tribus, raro quatuor, valvulis semilunaribus, principio suo adpositis gaudet. In embryonibus ac recens natis ex arteria pulmonali sinistra canalis brevis lateralis in aortam immittitur, *cannalem arteriosum Eotalli* nominant. In adultis concretus, brevis ligamenti speciem exhibet. Vid. *Vesalius* operum anat. p. 353. *Eustach.* tab. anat. 27. fig. 13.

Obs. I. Arteriæ pulmonalis ramulos venarum radiculas numero atque magnitudine in hoc viscere superare, utique mirabile est; cum in aliis corporis partibus, respectu utriusque horum vasorum generis, contraria ratio obtineat.

Obs. II. Arteriam pulmonalem totam, loco canalis arteriosi, in aortam terminatam, & pulmonibus tenues tantum ramulos largien-

tem Dn. D. Lœsecke in infante vidit. Vid.
eius obs. anat. chir. med. Berol. 1754.

Obs. III. Corde situm suum naturalem
obtinente, vena cava superior dextrum, aorta
medium atque arteria pulmonalis sinistrum lo-
cum occupat; adeoque, ante pericardii remotio-
nen, ortum ex ventriculo ipsi haud convenien-
te arteriæ hæ mentiuntur.

CAP. V.

De arteriis coronariis & carotidibus, earumque ramis.

§. I.

Circa ipsum aortæ initium, pone valvu-
las semilunares, duæ, rarius tres, ra- *Arteria*
coronaria.
rissime quatuor, arteriæ coronariæ oriün-
tur, quarum una in superficiem cordis su-
periorem, altera in inferiorem innumerabi-
les ramulos multis anastomosibus inter se
iunctos, cordis & auricularum nutritioni
inservientes mittit. Tertia, si adest, in
posteriori cordis facie distribuitur. Arteriæ
hæ una cum venis coronariis, vasa cordis
propria nominantur. Vid. *Ruyſch.* in epist.
anat. tab. III. fig. I.

§. II.

Ex aortæ arcu carotidum, a *uæga* caput *Carotides*
dictarum, trunci iuxta se invicem, & qui- *commu-*
næs.
dem sinistra immediate, dextra ex subclavia